



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quid & quotuplex sit Constitutio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

vereantur. De quibus uti & pluribus alijs fidei nostra articulis in hoc c. propositis, vide *Theologos, & Controversias*.

Quætitur 2. Quinam errores damnentur circa Mysterium SS. Trinitatis in c. 2. b. t. *Reff.* Damnari errores Joachimi Abbatis, quos docuit circa Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, contra Petrum Lombardum, Magistrum sententiarum, cuius Doctrinam circa Mysterium approbat *Concil. Latera. in cit. c. 2.* & damnari etiam perversissimum dogma impij Almataci, ut loquitur c. quod vide. Quætitur 3. Quales errores damnentur in c. unico b. t. in 6. circa processionem Spiritus Sancti? *Reff.* definiri in hoc c. contra errorem Græcorum, quod Spiritus Sanctus ab æterno

à Patre & Filio, non tanquam ex duobus Principijs, sed tanquam ex uno principio; non duabus spirationibus, sed una spiratione procedat; & omnes qui hoc negare præsumperint, damnari & reprobari. Quætitur 4. Quæ dogmata proponantur tenenda, & qui errores reprobentur in *Clem. Vn. b. r.* *Reff.* plura etiam in hac *Clem.* Fidei dogmata definiti circa Christi incarnati, & passi mysteria, circa veram Ecclesiam, circa Baptismum &c. & damnari eorum sententiam, qui putant animam rationalem non esse formam humanæ corporis &c. vide relatanam *Clem.* cuius doctrinam circa infusionem gratiæ, & virtutum supernaturalium Theologicarum in Baptismo, approbat *Trident. Sess. 6. c. 7.*

TITULVS II.

DE CONSTITUTIONIBUS.

SECTIO I.

De Constitutionibus in genere, earumque obligatione & effectu.

§. I.

Quid & quoniam sit Constitution?

REß. 1. Constitutionem dupliciter summi posse, 1. quidem generaliter & latè, pro quoquaque jure humano scripto, sive à Principe, sive ab inferiore, qui tamen jus habet ferendæ legis, conditum illad sit. 2. Specialiter & stri-

Compend. Pirhing.

&è, pro illo jure scripto, quod vel summus Pontifex, vel Imperator, vel alius supremus Princeps statuit, *Can. Constitutio. dist. 2.*

Reff. 2. Constitutiones alias esse Civiles, quæ à sæculari potestate latè sunt; alias esse Canonicas, quæ à potestate Ecclesiastica latè sunt: & si velis de Constitutionibus latè acceptis loqui, sicut Constitutiones civiles alias dicuntur leges, alias Plebiscita, alias Senatus Consulta, alias Principum placita, alias edicta Prætorum, & alias Responsa prudentum §. constat & seqq. *Instis. de jure nat. gent.* &c. ita Canonicas etiam Constitutiones

B

in

in plures species subdividi possunt , ut alia dicatur Canon, Constitutio scil. edita in Concilio ; alia dicatur Decretum , Constitutio scil. edita à Pontifice de consilio Cardin. ad nullius consultationem , alia dicatur Epistola decretalis, Constitutio scil. à Papa , ad consultationem alterius, vel cum, vel sine consilio Cardin. scripto transmissa & publicata ; aliae denique alijs nominibus appellantur , juxta Gloss. dist. 3. in summa v. omnes : hodie tamen s̄epe pro synonimis, s̄epe in aliud sensum ea accipiuntur.

§. II.

De potestate condendi leges , sive constitutiones.

REsp. 1. Constitutiones Ecclesiasticas posse condere in primis Summum Pontificem & alios Prælatos obtinentes jurisdictionem Episcopalem (juxta limites tamen sue jurisdictionis) c. fin. de off. legat. c. 1. & 11. §. 2. de majorit. & obed.

REsp. 2. Posse etiam Constitutiones Ecclesiasticas facere Concilia , generale quidem , potest facere Constitutiones , quæ totam Ecclesiam obligent , si tamen illæ à Pontifice , ut tales approbentur : Provinciale verò vel Diocesanum , infra limites sue jurisdictionis Can. Catholicæ dist. 11.

REsp. 3. Posse etiam Constitutiones Ecclesiasticas facere Capitulum Ecclesiæ Cathedralis , vacante sede , pro tota Diocesi ; & alia collegia inferiora Ecclesiæ , saltē in rebus minoribus , pertinentibus ad suæ Communictatis administrationem , si tamen in vim statuti hæc talia obligent.

REsp. 4. Communitates etiam , seu Ordines Religiosos , eorumque Prælatos posse etiam Constitutiones Ecclesiasticas facere , juxta modum in regulis earum , aut consuetudine , vel per privilegia præscriptum , quorum omnium ratio est , Jurisdictione ad gubernandum concessa , quæ sine legum ferendatum potestate sub sistere non potest.

Leges verò politicas sive Civiles facere possunt , i. Sumus Pontifex in terris temporali suo Dominio subjectis ; Imperator pro imperio , Reges alij pro suis Regnis ; Duces alij aut Principes supremi , vel liberae Republicæ , pro suis provincijs ; aliquæ secundum limites suæ , sibi , à jure , vel à supremo Principe conces sa , aut per præscriptionem , consuetudinem vel per reservationem obtentæ potestatis , prout ex varijs legibus habetur , & probat jus gubernandi , vario tamen modo juxta voluntatem conferentium tale jus , restriictum.

§. III.

Quousque se extendat legislativa potestas humana.

1. **N**on extendit se potestas legislativa humana ad ea immutanda , vel relaxanda &c. quæ sunt juris naturalis , Divini aut gentium præceptiva aut prohibitiva &c. (neque enim inferior potest legem superioris abrogare , aut dispensando eam relaxare) potest tamen legislativa humana potestas mutare , aut tollere , non tantum ea , quæ sunt juris positivi humani , juxta Statutus sui conditionem , sed etiam ea , quæ sunt juris naturalis &c. permisivi tantum , sicuti enim ars naturalis , ita lex humana positiva

per-